Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

to loco sumus. Ait autem ad illos. Vos date
illis manducare. Et illi dixerunt. Non sunt
nobis plusquam quinq; panes et duo pisces.
nisi forte nos eamus et emamus in omnem
turbam hanc escas. Erant autem uiri fere. v.
milia. Ait autem ad discipulos suos. Facite il
los discumbere p contubernia quinquagenos.
Et ita fecerunt. et discumbere fecerunt omnes.
Acceptis autem quinq; panibus et duobus
piscibus. respexit in celum et benedixit illis et
fregit et distribuit discipulis suis. ut ponerent
ante turbas. Et manducauerunt omnes et sa
turati sunt. Feria sexta. Ad romanos.
Fres. Arbitramur enim iustificari homi
nem p fidem. sine oprib; legis. An iudeorum
deus tantum. Nonne et gentium. Immo
et gentium. quoniam quidem unus deus qui
iustificat circumcisionem ex fide. et ꝓputium
p fidem. Legem ergo destruimus p fidem. Absit.
Sed legem statuimus. Quid ergo dicemus in
uenisse abraham patrem nrm secm carnem. Si
enim abraham ex oprib; iustificatus est. habet
gloriam. sed non apud deum. Quid enim scrip
tura dicit. Credidit abraham deo. et reputatum
est ei ad iustitiam. Ei autem qui opatur. mer
ces non imputatur secm gratiam. sed secm debi